

Capitulum: - iiii -

ADAM uero cognouit uxorem suam
EYAM. Quae concepit et peperit
CAIN: uicium: Posteri hominum
per Deum. Rursumq; peperit fra-
trem eius ABEL. Fuit autem Abel pa-
stor ouium: & Cain agricola. Fa-
ctum est autem post multos dies ut
offerret Cain de fructibus terra
munera Domino. Abel quoq; obtulit
de primogenitis gregis sui de to-
tis uisceribus. Et respexit Dominus
ad Abel et ad munera eius: ad Cain
autem et ad munera illius non respex-
it. Iratusq; est Cain uolens occidere
concidit uultum eius. Dixitq; Dominus
ad eum. Quare iratus es: et cur con-
cidit faciem tuam? Nonne si bene o-
peratus fuisset? Sin autem male: statim
cauit in foribus peccatum suum. Sed